

pus & sanguinem Domini, nec petit ut hæc sua oblatio mereatur matri remissionem peccatorum aut poenarum purgatorij. Sed ait matrem alligasse uinculo fidei animam suam ad illam uictimam quæ fuit precium pro peccatis nostris, & quæ in sacramento distribuitur. Sed nihil opus est longiore disputatione ad refutanda manifesta mendacia, & intolerabiles blasphemias quæ nequaquam ferendæ sunt, etiamsi Patres, & Angeli quoque de coelo uociferarentur. Vnica enim oblatione (inquit Paulus) perfectos effecit in sempiternum eos qui sanctificantur, nec opus est ut rursus offeratur, alioqui oportuisset eum sæpius pati inde usque à condito mundo, Taceo quòd hæc oblatio sit cultus sine uerbo Dei, imò contra institutionem Christi, qui iussit, ut edamus & bibamus, non ut offeramus pro mortuis, nec faciamus ex missa spectaculum, aut nundinationem, quæ iam omnes alias imposturas, & Sÿmoniacas fraudes longe superauit.

#### Articulus 17. Louaniensis.

**S**olis sacerdotibus secundum Ecclesie ritum ordinatis, data est à Christo potestas consecrandi uerū corpus

no  
A  
r

C  
d  
n  
e  
p  
c  
r  
g  
c  
u  
p  
d  
n  
s  
p  
g  
g  
q  
n  
n  
e